Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



conticuisse cernerent, Sonus eorum. idest delictu crudelia persecutorum.

Turbabuntur gentes & timebunt qui inhabitant terminos a signis tuis. exitus matutini & uespere delectabis.

Turbatae sunt gentes quando fidelissimos uidebant. et uiuos uirtutes facere. et mortuos supplicantiū uotu complere, Timebunt omnes a signis tuis. idest a uirtute crucis que incredulis stultitia erat. exitus matutini est. quando quis ex felicitate mundi. addm̄ conuertitur. Uespere significat merentium tristitiam. quos uertere in gaudium undiq. ds̄ deuotos adquirit.

Visitauit terram. assumendo corporis materiam, Et inebriauit eam. non uino luxuriae. sed infusione sp̄s sc̄i, Locupletauit eam. diuersarum opibus gratiarum, Locuples dicitur. loca pluru tenens.

Visitasti terram & inebriasti eam. multiplicasti locupletare eam.

Riuos hic dicit apostolos. uel alios fideles. qui inebriati sunt sp̄u sc̄o, Multiplica genimina eius. id est illius riui. qui de flumine sc̄o profluxit. ut beatu praedicatio non deficiat. sed multiplicetur in sequacibus apostolorum, stillicidia sunt gutte quae detectis cadunt, significant inchoantes. et in quos non potest introire largu doctrina de quibus paulus ait, Lac uobis potum dedi. non escā, Iunc laetabitur eccl̄a. cum ex ea hic fructus sp̄itulis exoritur.

Flumen dī repletum est aquis. parasti cibum illorum quoniam ita est preparatio eius.

Nos qui credidimus iam flumen dī sumus, Replebimus aquis. idest misericordiae dī. Cum ymbrae spiritu li inrigamur, Cybus iste est panis uitae. cum de eius corpore sagi nemur, talem cybum nobis dn̄s praeparauit.

Riuos eius inebria multiplica genimina eius. in stillicidiis eius laetabitur germinans.

Benedices coronę anni benignitatis tuę. & campi tui replebuntur ubertate.

Corona anni. totus hic mundus est. per quem catholica dilatatur ecclesia, Cui benedicit dn̄s, Campos dicit fideles homines atque iustos. qui pro suu aequitate campi uocantur, et replentur ubertate. quia centenarium fructum accipiunt.

Pinguescent speciosa. id eccl̄a p p̄dicationē aptoꝝ, quae prius in incredulitatis macie. desertu torpebat, colles uero copiosos. martyres debem accipere. qui inmensis adō p̄miis eleuati. ꝑpetuis gaudiis accingent.

Pinguescent speciosa deserti. & exultatione colles accingentur.